



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De ira & eius filiabus cap. 56. 57. & 58.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

consideratio, Inconstantia, Amor sui, Odium Dei, Amor mundi, & Horror futuri seculi Qui posteriores actus, cum à libera procedunt voluntate, peccata sunt mortalia, alias venialia. Plura de his vide ibi & supra lib. 5. cap. 10.

*De Ira & eius filiabus. Cap. 56.
57. & 58.*

IRa est* appetitus vindictæ: in qua tria reperiuntur: mali illati & difficilis ad repellendū apprehensio sanguinis feruor circa cor, & appetitus, seu appetitio mali inferendi ei, à quo homo recepit malum, vel iniuriam. Quatenus ira in parte sensitua reperiatur, est etiam in brutis, & ideo ut sic irrationalis vocari potest quatenus verò in parte rationali & voluntate, homini tantum conuenit. Iræ tres assignantur species lib. 4. Ethic. Ira. Iracundia, &

Furor. Ira est quidam appetitus vindictæ cito insurgens, & cito transiens, vt in hominibus acutis. Iracundia, quæ & mania dicitur, diu manet, est enim quædam dementia species, quæ tantum in hominibus amaris reperitur. Furor est, quando manet memoria illati mali, appetitus a. vindictæ non insurgit illico, sed cum se offert occasio vindictæ: in hominibus difficilibus dūtaxat reperitur, est peccatum quando ad voluntatem peruenit, & in ea moratur, & est mortale cum quis alteri iniuste, & præter iuris ordinem, vt si quis velit seipsum vindicare vel ex odio, at non ex iustitiæ zelo, malum alteri cupit. Sex sunt filie iræ. Indignatio, Tumor mentis, Clamor, Contumelia, Blasphemia, & Rixa. Quarum tres sunt status, nam aliquando interiorum concipiuntur, aliquando exterius per solum signum, & exte-

rii

rius
pule
Qui
rit R
De

dic
rato
con
mo
Qua
fine
& el
ius p
Si co
infe
lum
cib
vt c
exp

rius per opus, qui Matth. cap. 5.
pulchrè his describuntur verbis.
Qui irascitur fratri suo: Qui dixe-
rit Racha: Qui dixerit fatuè.

*De Gula, & Ebrietate. Cap. 59.
60. 61. & 62.*

GVla est* inordinatus appe-
titus cibi & potus. Cuius
duæ sunt species, altera quæ
dicitur crapula in cibo immode-
rato, altera ebrietas, quæ in potu
consistit superfluo, est peccatum
mortale in sex casibus. * Primo.
Quando homo in iis ponit vltimū
finem. * Secūdo: Quando crapulæ,
& ebrietatis causa, omittitur alicu-
ius præcepti observantia. * Tertio:
Si corpori aliquod notabile dānū
inferatur. Quarto. Si graue scāda-
lum inde oriatur. * Quinto. Quādo
cibus vel potus est contra naturā
vt caro humana, nisi sumatur ad
expellendam infirmitatem, vel in